



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117824**

§. 9. Persecutio universalis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

tati sunt, & recentiores Critici alios quoque libros, de quorum Auctoribus non satis constat, ipsi adscripserunt. Denique hujus Viri Exemplum quibusdam Scriptoribus temerariis audaciam suggerere potuit, ut conficta sub Magnorum Virorum Nomine opera, puta Acta Martyrum, Sanctorum Vitas orbi obtruderent.

Sæculum V.  
A. C. 484.

Cum post hæc Vigilus Constantino-  
polim venisset, contra Hæresin ibi latius  
grassantem, nempe Eutychem scripsit;  
quia vero tunc plena gaudebat libertate,  
operi isti, quod in quinque divisit li-  
bros, Nomen suum præfixit. In libro  
quarto Epistolam S. Leonis ad Flavianum  
defendit. In quinto Definita in Conci-  
lio Calcedonensi tuetur. Hic solus li-  
ber est, qui Vigilii nomen præsert, &  
hoc non obstante per tempus non mo-  
dicum a quibusdam Opus Vigilii Epis-  
copi Tridentini & Martyris, licet is diu  
ante Hæresis Eutychemianæ ortum obierit,  
creditus est.

Sup. l. XX.  
S. 22.

§. IX.

*Persecutio universalis.*

Priusquam Episcopi in locum Exilii du-  
cerentur, Hunericus uno mandato in  
omnes Africæ Partes Carnifices emisit;  
hi nemini hominum, qui voluntati Regis  
resisterent, nec ætati, nec sexui parcere  
jussi.

Vit. vit.  
lib. V.

Sæculum V. jussi. Aliqui fustibus verberabantur donec Spiritum exhalarent. Alii suspensio, alii ignibus suffocabantur. Fœminæ vestibus spoliabantur, præsertim nobiles, & spectante populo cruciabantur. Una earum, cui Nomen Denisa, vultu pulchriore, & excitatiore indole ad tortores: *Torquete, ut lubet, in eo solum mihi parcite, ne opprobrium nuditatis feram.* Hanc aliis altius elevarunt, ut omnibus spectaculo esset. Cum virgis cæderetur, & cruoris rivi decurrerent, dicebat: *O vos miserrima Diaboli mancipia! quod in probrum meum facitis, maximæ mihi Gloriæ est.* Utque erat in Divinis litteris erudita, alios ad Martyrium fortiter sustinendum hortabatur. Denisæ filius erat, ætate juvenis, & tenero corpore, cui Nomen Majoricus; hunc videns ad tormentorum conspectum trepidare, ardentibus oculis, & Auctoritate Materna increpabat, dicens: *Memento, Fili mi! quod in Nomine Trinitatis in Ecclesia Catholica Matre nostra baptizati sumus. Vestem nuptialem salutis nostræ non perdamus, ne Convivii Dominus, si viderit, nos illam non habere, dicat servis suis: ejicite eos in tenebras exteriores.* Adolescens his verbis excitatus constanter Martyrium subiit; Mater Filii corpus brachiis complexa, Gratias Deo elata voce agebat; eum deinde domi suæ sepelivit,

pelivit, ut ad ejus tumulum orare posset. Sæculum V.  
A. C. 484.  
Plures alii in eadem urbe Denisa hortatrice Martyrium passi sunt; scilicet Davida soror ejus, & Medicus Emelius ejus Propinquus, Leoncius Episcopi Germani filius, Tertius, & Bonifacius. Omnes hi tormentis ingentibus necati.

Vir nobilis ex oppido Suburbensi, cui nomen Servus, antea diu fustibus cæsus, sæpe trochleis in altum levatus, & demissus est, ut tota corporis mole in pavimentum rueret. Sæpe raptatus, sæpe lapidibus acutis laceratus; ita ut pars magna cutis a costis, a dorso, a ventre penderet. U. 2. Culusæ Martyres, & Confessores multitudine innumerabiles extitere. Hos inter quædam Mulier, nomine Victoria, constantia fuit admirabili; dum eam Persecutores in aere suspensam admoto igne urebant, Maritus adstans per amorem conjugalem rogabat, ut se ipsam servaret, & saltem communium liberorum commiseratione moveretur. Ipsa immota perstitit. Tortores videntes ejus humeros situ suo emotos, & sæminam ultra non spirare, vincula solverunt. Hæc mulier postmodum narrabat; Virginem sibi fuisse conspectam, a qua, cum se toto corpore contigisset, protinus esset sanata.

Victorianus Civis Adrumetensis tunc Carthagine Proconsul, seu Nomine Regis Martyres in Persecutione Vandali- urbi Præfectus erat, vir in Africa facile ca. opulen-

Sæculum V. opulentissimus. Rex viri in se fidem ha-  
A. C. 484. bebat diu exploratam; huic ergo indica-  
 ri jubet, si Mandatis obedire vellet, Pur-  
 puratorum neminem sibi magis carum fu-  
 turum. Victorianus respondit: *dicite*  
*Regi; flammis, Bestiis, me tradat! nullo*  
*non tormentorum genere excruciet. Si*  
*vincor, frustra in Ecclesia Catholica bap-  
 tizatus sum. Etsi enim præter hanc vitam*  
*non esset alia, nollem tamen ob modicam*  
*bujus temporis gloriam ingratus existere*  
*Creatori meo, qui in se credendi Gratiam*  
*mibi concessit.* Rex isto responso ad ira-  
 cundiam commotus virum gravissimis, &  
 lentis cruciatibus affici jussit. Ita Victo-  
 rianus feliciter Martyrii sui cursum con-  
 summavit.

n. 5. Tambajæ duo Fratres Tortores suos  
 rogarunt, ut ambobus similis cruciatus  
 inferretur. Suspensi sunt, & gravis fa-  
 xorum moles pedibus eorum alligata; in  
 illo supplicio tota die relictæ. Eorum al-  
 ter petiit, ut sibi parceretur, rogavitque  
 liberari; cui frater: *Absit hoc, Frater*  
*mi! absit! aliud promisimus, quando JE-*  
*su Christo Fidem juravimus. Ego te ac-*  
*cusabo, cum coram Throno ejus terribili*  
*steterimus. Dicam, nos supra Corpus, &*  
*Sanguinem (\*) ejus jurasse, simul pro ipsius*  
 Nomi-

(\*) Protestans in sua versione pag. 16. hæc  
 verba: *dicam nos supra Corpus, & Sanguinem*  
 ejus

*Nomine ultima passuros.* His multisque Sæculum V.  
A. C. 484.  
aliis sermonibus vacillans frater ejus ita erectus est, ut exclamaret: *omnia, ut volueritis, tormenta cumulate! fratris exemplum sequar.* Diu multumque laminis ferventibus, & unguibus ferreis cruciati. Tandem lassati carnifices ambos repulerunt, dicentes: *omnis populus eorum fortitudinem imitatur, & nemo ad nostram Religionem convertitur.* Id maxime ideo dicebant, quod in eorum corporibus nec livorem, nec ullum vulnerum vestigium viderent.

## §. X.

*Lingua Martyribus abscinditur.*

**T**ypasi in Mauritania Cæsariana Ariani Episcopum ordinaverant, olim Cyrilli Notarium. n. 6. Id factum indignati Incolæ conscensis navigiis omnes in Hispaniam, a qua non procul aberant, trajece- runt, paucissimis, quibus navis copia defuit, remanere coactis. Hos pervertere Episcopus Arianus primum blanditiis, deinde minis nitebatur; ipsi spreto alieni Episcopi conatu, in quadam Domo convenerunt, & publice celebrarunt Myste- ria. Hoc comperto Episcopus clam Carthagi-

---

*ejus jurasse &c.* simpliciter omisit. Egregium Transubstantiationis oppugnatorem! alias duas líneas oscitanter omisit; errores plures reticeo.